Cornelius arborem eonem appellauit:ex qua facta esset argo similē robori uiscum fertēi:quæ nec aqua nec igni posset corrūpi:sicut nec uiscū:nulli alii cognitā quod equidē sciam. Adrahnē omnes fere græci portulacæ noīe interprætātur:cum illa sit hærba:& andrachne uocet unius litteræ diuersitate. Cetęx adrachne est siluestris arbor:neq; ī planis nascens:similis uredoni folio tātum minore:& nunquā decidente. Cortice nec scabro quidē:sed qui circūngelatus uideri possit:tā tristis aspectu est. Similis & coggygia est folio:magnitudine minor. Proprietatem habet fructū amittendi lanugine pappum uocant quod nulli alii arbori euenit. Similis & apharce bifera æque q̄ adsachne. priorē fructum incipientē pubescere uua peragit:alterum ī initio hyemis. Quales eos nō traditur. Et ferulā inter externas dixisse cōueniet arborūq; generi adscripsisse quoniā quarūdā naturæ sicut distinguemus:lignum omne corticis loco habēt:hoc est forinsecus ligni autē loco fungosam itus medullā ut sanbuci. Quædā uero inanita tem ut arundines. Ferula calidus nascitur locis:atq; trans maria geniculatis nodata scapis. Duo eius genera. Nartheca greci uocant assurgentē in altituudine. Narthecia uero semper humilem a genibus exeuntia folia maxia ut quæq; terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho:& fructui similis. Nulli fructicum leuitas maior:ob id gestata facilius baculoꝝ usum senectuti p̄bet. Semen ferulæ thapsiā quidam uocauere decepti eo:quoniā ferula sine dubio ē thapsia:sed sui generis foliis fœniculi:inani caule nec excedente baculi longitudinē. Semen quale ferulæ:radix candida. Incisa lacte manat:& cōtusa succo:nec corticē abdicāt:omnia ea uenenata. Quippe etiā fodientibus nocet:si nimia aspirat aura:itumescunt corpora:faciēq; iuadūt ignes sacri:ob id cæroto prius illinūt. Quibusdā ramen morbis auxiliari dicunt medici permixtā aliis. Item ī alopeciis fugillatisq; ac liuentibus Ceu uera remedia desint:ut scelera contractent. Sed ista prætexuerunt noxio instrumento:tantūq; impudentiæ est:ut uenenum artis esse persuadeant. Thapsias in africa uehementissima. Quidam caulem incidunt per messes:& in ipsa excauant radice:quo succus confluat:arefactūq; tollunt. alii folium. Radicem tondunt in pila:& succum in sole coactum diuidunt in pastilos. Nero Cæsar claritatem ei dedit:initio imperii:nocturnis crassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure cæraq;:& sequenti die contra famā cutem sincerā circunferens. Ignem ferulis optime seruari certum est:easq; in ægypto præcellere.

De capari siue cynosbato aut opheostaphyle:& de saripha. Cap.xxiii.

IBi & capari firmioris ligni frutex:seminisq; & cibi uulgatu. Caule quoq; una plerūq; decerpto Cauenda eius genera peregrina. Siquidem arabicum pestilēs. Africum gingiuis inimicum Marmaricum uuluis:& omnium inflationibus Apulum uomitus facit. Stomachū & aluum mouet. Quidam eum cynosbaton uocant:alii opheostaphile:fructicosi est generis ophioscordon. phylostaphilō Et saripha circa nilū nascens duoꝝ cubitorum altitudine:pollicari crassitudine. Coma papyri similiq; Sari manditur modo Radice ferrariis officinis præcipua carbonis usu propter duriciam.

De spina babylonis regia & de cytiso. Cap.xxiiii.

NOn omittendū est & quod babylone seritur in spinis:quoniam non aliubi uiuit. Estq; sicut uiscum ī arboribus. Sed illud in spina tantum:quæ regia uocatur. Mirum q̄ eadem die germinat quod iniectū est. Iniicitur autem ipso canis ortu:& celerrime arborem occupat. Condiunt eo uina:& ideo seritur. Spina illa nascitur & athenis ī lōgis muris. Frutex est & cytisus ab Aristomacho athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ouiū. Aridus uero etiam suum. Spō detque iugero eius ānuos perpluris uel mediocri solo redditus. Vtilitas hærbosa:ergo & eo lætior satietas q̄ p quāmodico pinguescūt & quadrupedia:ita ut iumenta ordeum spernant. Nō ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super omnia pecorū medicina a morbis omni usu præstante. Quin & nutricibus ī defectu lactis aridum atq; in aqua decoctum potui cum uino dari iubet:& firmiores celsio reſq; ifantes fore. Viridem etiam gallinis:aut si aruerit madefactum. apes quoq; nūq̄ de flore cytisi pabulum cōtingentes promunt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris impedii est seritur cū ordeo:aut uere semine ut porrum. uel caule autúno ante brumā. Si semine:madidum. Et si desit hymbres:satum spargitur. Plantæ cubitales perseruntur scrobe pedali. Seritur post æquinoctia tenero fructe. perficit triennio. Demetit uerno æquinoctio cū florere desinit:uel pueri uel anus uilissima opa. Canus aspectu breuiterq; si quis exprimere uelit. similitudinem angustioris trifolii frutex. Datur animalibus post bidium semper. Hyeme uero quod ínaruit:madidum. Satiant equos denæ libræ:& portione minora animalia. obiterq; inter ordines alium capescere fertile est. Inuentus hic frutex in cytiso insula inde translatus est iomnes cycladas:mox in urbes græcas magno casei prouentu. propter quod maxime miror rarum esse in Italia. Non æstuum nō frigorum nō grandium aut niuis iniuriam expauescit adiicit Higinus ne hostium quidem propter nullam gratiam ligni. Et cepas seru uel hoc alueorum

De fruticibus & arboribus nostri maris:atq; rubri:& indici. Cap.xxv.

ASconē & in mari frutices arboresq; minores in nostro. Rubrū enim & totus oriētis oceanus refertus est siluis. Nō habet lingua alia nomē:quod græci uocant phycos:qm̄ alga hærbaꝝ magis uocabulū itelligit. Hic autē est frutex. Folia lata colore uiridi gignit:qd qdam